





Georg 947




Georg-B.

504

*Handwritten text on the right edge of the page, likely bleed-through from the reverse side. The text is partially obscured and difficult to decipher, but appears to contain names and possibly dates.*



5



**Sermo Martini**  
**Lutheri de praeparatione ad moriendum e vernaculo in latinum versus.**

Lipsiae, ex officina Melchioris Lottheri.  
Anno salutis, M.D. XX.

rummer  
ns darff  
vor gott  
geweret  
n/zu ges  
to sum.  
sus ist.  
echende/  
u wider  
n wenis  
h wout/  
hustus  
is ist ku  
let. als  
e Paul?  
dir der  
freyt zu



**PR**  
busq; ne  
ordinat  
iubet or  
onis, au  
cos rem  
hoc secu  
**SEC**  
da est. ic  
bus hoī  
sim, nos  
hoībus,  
stia, salt  
stianæ c  
buim<sup>2</sup>,  
**TE**  
vale dic  
q; etiā m  
miner a  
sefe q; lib  
angusta  
pinde a  
cū discr  
spaciū i  
mortis  
in quib  
huc tñ c  
& mino  
Proind  
natali  
trāficus



# Sermo Martini Lutheri DE PRAEPARATIONE AD MORIENDVM.

**PRIMO.** Cū mors ipsa sit quædā ab hoc mundo, oī-  
busq; negocijs ei⁹, rō, necessariū ē hoī, vt facultates suas  
ordinatissime disponat, put vel necessitas, vel voluntas  
iubet ordinare, ne post mortē eius, occasio litis, cōtentio-  
nis, aut alterius cuiuslibet erroris inter supstitēs amī-  
cos remaneat. Et hæc est corpalis & exterior seiunctio ab  
hoc seculo; quæ vale vltimū terrenis possessiōib⁹ facit.

**SECUNDO.** Et spiritualis q̄q; abiunctio presumen-  
da est, id est, vt pure, comiter, & ppter deū ignoscat oī-  
bus hoībus, quibuscūq; nos modis offenderint. Vicis-  
sim, nos q̄q; veniā expetam⁹ pure & ppter deū ab oīb⁹  
hoībus, quib⁹ pculdubio aut multā irrogauim⁹ mole-  
stia, saltem malis exēplis, aut min⁹ q̄ p fraternę & Chri-  
stianæ charitatis pcepto debebamus beneficentiā exhi-  
buim⁹, ne aīa vllō in terris maneat obstructa negotio.

**TERTIO.** Cū in hūc modū oībus sup terrā hoībus  
vale dicto renūcatū est, totū se hō debet ad deū dirigere,  
q̄ etiā moriēdi trames & tēdit & nos ducit. Atq; hic im-  
minet angusta porta & arcta via, ad vitā tēdens, in quā  
se se qlibet alacriter debet dare: q̄ quidē tāetsi admodum  
angusta est, tñ longa nō est. Vbi sane ptingit morituris,  
pindē atq; puero, q̄e paruo illo materni vteri domicilio  
cū discrimine & angustis in hoc latissimū celi & terre  
spaciū, id est, in hūc mūdum adit. Siliter hō p angustā  
mortis ianuā trāsit ex hac vita, Et q̄uis celū & mūd⁹,  
in quib⁹ nunc vitā agim⁹, magna & ampla videant, ad  
huc tñ oīa ad futurū cōparata cælū lōge angustiora sunt  
& minora, q̄ est matern⁹ vterus ad hoc cælū collatus.  
Proinde mortes scōrū noua regeneratio, & eorū festa,  
natalitia a nascendo noīant. Porro angustus ad mortē  
trāsitus facit, vt hæc vita nobis ampla, & illa esse videat

A ij



angusta. Ideo credenda sunt hec, & per corporale pueri  
generatione discenda, prout Christus dicit: Mulier cum  
parit tristitia habet. Cū autē pepererit puer, iā nō memi-  
nit pressuræ, q̄a natus est hō in mūdū. Itidem & in mor-  
te magnanimiter assumēda sunt angustia, scireq; debes  
postmodū ampliora spacia & gaudia esse subsequutura.  
¶ **Q VARTO.** Hmōi ad hoc iter directio p̄paratioq;  
in hoc potissimū cōsistit, vt per purā cōfessionē (eorum  
precipue pctōrū quæ maiora sunt, & quæ ad p̄ns in me-  
moriā reduci secūdū possibilē diligentia possunt) & per  
sacrosctā Ch̄rianæ religiōis sacramēta, sc̄tissimi & veri  
corpis Ch̄ri, & vnctionis extreme, sibi met hō curā im-  
pendat, eadem intente desyderet, magnaq; cū fiducia as-  
sumat cū haberi possunt. Sin min⁹, debet nihilo cunctas  
tius ipsorū expectatio & desyderiū asferre consolationē  
nō nimia inferre trepidationē. Christus dicit: Oīa possi-  
bilia sunt credenti. Siquidē nihil aliud sacramenta sunt  
q̄ signa quædā, ad fidem idonea & incitantia, prout vis  
debemus, sine qua fide nihil vtilitatis asferunt.  
¶ **Q VINTO.** Sane, prouidendū est & serio & diligen-  
ter, vt homo veneranda sacramenta plurimi æstimet, in  
honore habeat, eisq; magnanimiter atq; alacriter confis-  
dat, & eadem contra pctm, mortem, & inferos sic in bi-  
lance trutinat, vt lōgissime p̄ponderent, multoq; magis  
se se reuoluēdis sacramentorū virtutib⁹, q̄ pctis recogita-  
tandis occupet. Quomō autem honor recte deferatur,  
& quæ nā sint virtutes, scire oportet. Honor est, vt cre-  
dam verum esse, mihiq; obuenturū, quicquid vel sacra-  
menta designāt, vel deus in eisdem inesse dicit & ostēdit,  
vt cū Maria dei matre firmissima fide dici q̄at, Fiat mi-  
hi secūdū verbū & signū tuum. Nam cum inibi ipsemet  
deus per sacerdotē loquat̄ & benedicat, nō posset deo in  
suo verbo & ope maior inhonoratio exhiberi, q̄, an ver-  
rū sit ambigere: nec amplior deferri honor, q̄ credere,  
hoc ip̄m verum esse, & eidem plene confidere.

¶ SE  
necessa  
cessi fu  
tis ima  
natio.  
infern  
scit, m  
¶ Mo  
natur  
git, im  
gat, v  
cogit  
facile  
malas  
p̄tere  
bi pct  
lanin  
p̄sent  
imod  
exob  
inuer  
tat, i  
min  
exer  
lōge  
vali  
inut  
amo  
mo  
tem  
¶ S  
atte  
dat  
ip̄s  
uit



**¶**SEXTO. Ad percipiendā sacramētorū virtutē, pri<sup>o</sup>  
nēcesse est scire mala, contra quæ vt pugnet nobis con-  
cessi sunt. Ea autē mala sunt tria, Primū ē terrifica mor-  
tis imaginatio. Secūdū, terribilis & varia pctōrū imagi-  
natio. Tertium, intolerabilis & ineuitabilis imaginatio  
infernī & eterne dānatiōis. Iā quodlibet horū triū incre-  
scit, maiulq; ac fortius efficit, pluriū malorū accessione.  
**¶**Mors fit ingēs & terrifica, qm̄ imbecilla & exanimis  
natura, eiisdē mortis imaginē pfunde nimis in se effin-  
git, immodiceq; præ oculis habet, ad hęc diabol<sup>o</sup> q̄; insti-  
gat, vt hō terribilem mortis instātiā & effigiē intime re-  
cogitādo occupet, emollescat, & animis cadat. Tū idem  
facile in memoriā reducere pōt oēs terrificas subitas &  
malas mortes, quas hō nuncq; vidit, audiuit, aut legit,  
p̄terea ominari dei vltionē, quēadmodū olim, hic & ali-  
bi pctōres percusserit & exterminauerit, vt talib<sup>o</sup> pusil-  
lanimē naturā, ad timorē mortis atq; ad amorē curāq;  
p̄sentis vitæ adigat, per quæ hō dū cogitatiōe reuoluit,  
imodice grauat<sup>o</sup>, dei obliuiscat, mortē fugiat habeatq;  
exosam, atq; ita sub vltimo vitæ termino inobediēs deo  
inueniat & pseueret. Quāto em̄ pfundius mors recogi-  
tat, inspicit, cognoscit, tanto graui<sup>o</sup> ac maiore cū discris-  
mine ad eā accedit. Quæ qdem cogitatio dum viuūt, in  
exercitiū assumēda ē ac nob; applicāda, cū adhuc mors  
lōge abest, nihilq; molit. At in extremo vitæ tpe, cū p̄ se  
valida mors est, de eadē cogitare piculosū est, ac p̄fus  
inutile, tū abigenda erit ei<sup>o</sup> imago, & ab intuitu mentis  
amouēda, p̄t audiē<sup>o</sup>. Hoc modo vires suas & robur  
mors exercet in pusillanimitatē naturę nostræ, cum in-  
tempestiue ac nimiū attendit aut recogitatur.

**¶**SEPTIMO. Pctm̄ q̄q; increfcit & auget, nimia sui  
attentiōe, & immodica recogitatione. Huc accedit trepi-  
datio p̄scientiæ nr̄æ, quę apud deū verēcūdat, ac semet-  
ipsam terribiliter redarguit. Tū diabolus quod quæsi-  
uit veluti balneum quoddā inuenit. Tum fatagit, tum

A iij.



in multā atq; ingentē molē pctm̄ exaggerat. Tū machi-  
nari poterit, vt cogitatōi obuersent, q̄t quot hoies pecca-  
uerit, & q̄ multi ppter pauca pctā fuerint dānati, adeo,  
vt cogat moritur⁹, vel despare, vel inuite mori, sicq; dei  
obliuiscat, & inobediēs inueniat, ac talis in mortē vsq;  
pseueret. p̄sertim cū hō existimat, oportere se tūc recogi-  
tare pctā, idq; legitie, bñ, & vtiliter a se fieri, cum taliter  
occupat. Tū se adeo imparatū atq; in idoneū inuenit,  
vt etiā bona ipsius opa in pctm̄ vertant. Exinde sequit̄  
necesse est & inuoluntarius obitus, & rebellio aduersus  
dei volūtātē, & æterna dānatio. Tūc em̄ pcti cogitatio  
neq; idonea ē, neq; tēpestiua, quē dū t̄p aliter viuūt habē-  
da est. Sic diabol⁹ oia nobis puertit in hac vita, qñ iugiter  
sub oculis versare deberem⁹ imaginē mortis, pcti, &  
gehennę, vt in psal, l. scribit̄. Pctm̄ meū coram me est sp̄,  
tunc claudit oculos n̄ros, & eiuscemōi a nobis abscondit  
imagines. At in morte, qñ solūmodo vitā, gratiā, & salu-  
tem p̄ oculis habere deberem⁹, tū primū oculos nobis  
aperit, atq; intēpestiuis nos imaginibus angit, ne legitis-  
mas imagines videre valeamus.

**¶ OCTAVO.** Gehēna q̄s augetur atq; intendit, nimia  
intensa, & intēpestiua sui cōtemplatiōe, ac cogitatiōe.  
Ad hoc malū vehemētissime augmētādū accedit occulte-  
tatio diuini iudiciū, ad q̄d malign⁹ spūs mentē hois agit,  
vti semet supuacua & inutili præscientia, imo piculosis-  
sima p̄sūptiōe oneret, atq; diuini cōsiliū arcana rimet, an  
sit p̄destinata, nec ne. Hic exercet diabol⁹ vltimā, maxi-  
mā, & astutissimā artē atq; facultatē suā. Hac em̄ hoīem  
male prouidū supra deū pducit, vtī signū quærat diuine  
volūtatis, & impatiēter ferat, q̄ nō scit vtrū p̄destinatus  
sit, facitq; illi deū suū immemorē, vt aliū pene sibi deum  
inquirat. breuiterq; conat̄ homī totā dilectionē dei vno  
tēpestatis impetu extinguere, & odiū excitare. Quanto  
magis diabolū sequit̄, & his cogitatiōib⁹ ducit hō, t̄ro  
maius est discrimē in quo cōsistit, neq; ad postremū res



niti poterit, quin corruat in odiū & dehonestationē dei.  
Quid em̄ aliud est, cū scire cupio an p̄destinatus sim, q̄  
q̄ scire volo quecūq̄ de⁹ scit, & ipsi adequari, ne pl⁹ ipse  
q̄ ego sciat, ac p̄inde idem deus, nō sit deus, cū vltra me  
nihil scire debeat. Tū etiā diabol⁹ cogitatiōi p̄ponit, q̄  
multi liberi Gētiliū, Iudeorū & Ch̄rianorū dānati sint,  
atq̄ per hmōi piculosos & immissos cogitat⁹ intm̄ sata  
git, vt hō qui alias libens obiret, in hac tm̄ parte inuolun  
tari⁹ fiat. Hoc est ergo impugnari a gehēna, cum hō p̄de  
stinatiōis suæ tenrat instinctu, de quo in psalmis cōfer  
tissima est querela. Quisq̄ hic victoria potit, is gehē  
nam, peccatū, mortē, simul & pariter debellauerit.

**NONO.** Huic negotio oīs aduertēda diligētia est, ne  
ex his trib⁹ imaginib⁹ vlla intra cedes inuitē, neq̄ diabo  
lus in supliminari portē frōtis p̄icio depingat. Nam sua  
sponte adeo cateruatim irrūpent, animūq̄ sui contēpla  
tiōe, disputatiōe, & rep̄sentatiōe ita fatigabūt, ac si p̄sus  
illū possidere nitant. Quod si fiat, dānatiōi addict⁹ est  
hō, dei in torū oblit⁹. Huic em̄ tpi nō sunt congrua eius  
cemōi cogitationū simulacra, nisi vt aduersus eas dimi  
cet, & e corde pellant, quinimo si sola fuerit, nec in alias  
p̄spiciāt imagines, nusq̄ alio vergūt, nisi in gehennā sub  
ipm̄ diabolū. Quisq̄ ergo cū his imaginib⁹ legitie de  
certare, easq̄ expellere volet, huic nō sufficit cū ihs in mu  
tuā vellicationē, cōuerberationēq̄, aut luctā ruere. Lon  
ge em̄ virib⁹ & robore superiores erūt, & res ipsa deterior  
multo fiet. Ars oīs in eo p̄sistit, vt abire finant, nec q̄cūq̄  
cū ihs negocij habeat. Sed quonā mō id fiet? Hoc mō fiet.  
Oportebit te mortē in vita, p̄ctm̄ in gr̄a, gehennā i cœlo  
iutueri, neq̄ p̄mittere, vt te agitet ip̄orū cōtēplatio aut re  
uerberatio. At si tibi pariter oēs angeli & vniuersę crea  
turæ, imo deus ipse (opinionē tua sic dictante) aliud  
intus proponerent (quod tamen non faciūt, magis au  
tem sinister spiritus eiuscemodi fantasmata effingit) q̄d  
tum agendum erit?



**DECIMO.** Oportebit te mortem ipsam intueri aut recogitare, non in seipsa, neq; in te, aut tua natura, neq; in ihs qui vlciscete ira dei sunt interepti, quos ipsa mors superauit, alioquin cum ipsis viceris & damnaberis, sed oculos, cogitatiões cordis, & omnes sensus tuos violenter ab eiusmodi imaginib<sup>9</sup> auertere, mortemq; fortiter ac solitarie intueri in ihs dumtaxat qui in gratia deie viuis excesserunt & mortem ipsam deuicerūt, in Christo precipue, deinde in vniuersis sanctis ei<sup>9</sup>. En tibi hęc imaginem, in qua tibi mors neq; pauore neq; terrorem incutiet, imo despecta erit & de medio sublata, atq; in ipsa vita strangulata & deuicta. Nihil em̄ aliud Chrus est, q̄ omnimoda vita, itidemq; sancti eius. Quanto propius inde intimius ac firmitus eam tibi imaginem imprimes & intueberis, tãto magis simulacrũ mortis decidet, vltroq; euanidum fiet sine om̄i vellicatu & cõpugnatione, sicq; cor tuũ pacatum erit, vt queat cum Christo & in Christo fortiter mori, put in Apocalipsi scribit: Beati mortui qui in dño moriunt. Id p̄figuratũ est Numerorũ xxi, vbi filij Israel morsibus ignitorũ serpentũ vexati, nequaq; cũ ipsis serpentib<sup>9</sup> digladiabant, sed mortuũ & æneum serpentem intueri habebãt, tum viuũ vltro decedentes euanescebãt. Ita oportebit te sola Christi morte occupatũ esse, tũ vitã es inuentur<sup>9</sup>. Quod si intueberis alibi mortẽ, tum occidet te, magna cũ inquietudine & pœna. Ob id Christus dicit. In mũdo (qui etiam in nobis intelligit) pressurã habetis, in me autem pacem.

**VNDECIMO.** Itidẽ pctm̄ intuearis oportet, nō in pctõrib<sup>9</sup>, neq; in cõsciẽtia tua, neq; in ihs qui in pctis finaliter p̄seuerãtes dãnati sunt, alioqn̄ p̄culdubio supaberis, & illo pariter migrabis sed amoueas inde cogitationem, ip̄mq; nō nisi in imagine gratie spectes, eandẽ totis viribus tibi met imprimendo, ac præ oculis habendo. Porro effigies gratiæ nihil est aliud, q̄ Christus in cruce & omnes sancti eius. Quonam modo hoc intelli

gendũ e  
pctã tuã  
credis  
est effig  
oēs sc̄ti  
pctã tuã  
Alter a  
Sifr ip̄  
boratis  
curus p  
vbi pct  
abforp  
mit ac  
abeo h  
sed in i  
merã g  
moda  
aduer  
Paul<sup>9</sup>  
victor  
DV  
pœna  
neq; i  
cupat  
so mũ  
nisi ca  
turba  
mod  
oĩno  
sed n  
vt d  
inde  
ad in  
ex p  
asab



gendū est: Gratia & misericordia est, q̄ Ch̄rus in cruce  
pctā tua p te sumit, p te gestat, occiditq̄. Hoc si firmiter  
credis, & p̄ oculis habes, nihilq̄ in eo dubitas, id vero  
est effigiē gratiæ intueri, eāq̄ sibi met imaginē indere. Itē  
oēs sc̄ti in suis p̄cenis ac mortib⁹, etiā sup Ch̄ro portant  
pctā tua, atq̄ pro te patiunt, laborātq̄, sicut scriptū est.  
Alter alteri⁹ onera portate, & sic adimplebitis legē Ch̄ri  
Sic ipse Ch̄s loquit̄ Matthei. xi. Venite ad me oēs q̄ la  
boratis & onerati estis, & ego reficiā vos. En hoc mō se  
curus potes intueri pctā tua, videlicet extra p̄sciētā tuā,  
vbi pctā nūq̄ sunt pctā, & vbi deuicta sunt & in Ch̄ro  
absorpta. Eū uero, sicut idē Ch̄s tuā mortē sibi met suā  
mit ac de medio tollit, ne tibi sit nocumēto (si tñ credis  
ab eo hoc ip̄m tibi cōferri, & mortē tuā nō in te spectas  
sed in ip̄o) ita etiā pctis sese tuis onerat, eaq̄ p iusticiā ac  
merā gratiā suā deuincit, nūq̄ tibi nocitura, si fidē accō  
modas. In hūc modū Ch̄rus imago est vitæ & græ, atq̄  
aduersus ph̄tasinata pcti & mortis n̄ra p̄solatio. quod  
Paul⁹ testat̄. i. ad Cori. xvij. Deo aut̄ gr̄as, q̄ dedit nob⁹  
victoriā p̄ dñm n̄m Iesū Christū. Victoriā inq̄ pcti &  
**¶ DVODECIMO.** Gehennā & æternitatē (mortis.  
p̄cenaꝝ vna cū p̄destinatiōe intueri te oportet, nō in te,  
neq̄ in seip̄is, neq̄ in dānatis, sed neq̄ anxiā tibi met oc  
cupationē fingere debes de multitudine hoīm in vniver  
so mūdo q̄ p̄destinati nō sunt. Quæ quidē imaginatio,  
nisi caute p̄uideris, celeriter te p̄cipitabit & ad imū de  
turbabit. Ideo violentiā hīc exerceas oportet, vt ad eius  
modi simulacra oculos claudas firmissime. Nihil enim  
oīno p̄derūt, etiā si p̄ mille annos n̄s temet occupaueris,  
sed magis in p̄niciē tuā vergēt, & tñ necessitate cogēris,  
vt deū p̄mittas deū esse, vt plura de te sciat q̄ tuipe. Pro  
inde cōtemplare cēlestē effigiē, Ch̄m scilicet, q̄ p̄pter te  
ad inferos migravit, atq̄ a deo derelictus est tanq̄ vnus  
ex perpetuo dānatis, cum in cruce aiebat. Heli heli lama  
sabithani. id est, Deus meus, deus meus, vt quid dereli

B



quisti me? Ecce, in hac imagine, gehenna tua deuicta est  
& incerta p̄destinatio tua, certissima est facta, adeo vt si  
temet hac sola imagine occupaueris, & hæc credis pro  
pter te facta esse, tum in eadem fide certissime saluaberis  
tantummodo ne tibi ab oculis patiaris auferri. & vt tes  
met in Christo dumtaxat quæras, nō in teipso. Tūc em̄  
rete in ipso inuenies in æternū, cum in hunc modū con  
templaris Ch̄m & om̄es sanctos eius, tibiq; placet dei  
gratia, qui illos ita elegit, atq; in eadem cōplacentia fir  
miter perseueras, tunc & tu quoq; electorū es vnus, pro  
ut ipse dicit. Gen̄. xij. Benedicam benedicētibus tibi. Si  
vero in ijs solis te firmo gradu nō tenueris, atq; in teip  
sum recideris, mox tibi fastidium nascetur ad deum &  
sanctos ipsius, in te vero nihil boni inuenturus es. Hinc  
tibi caueto. Huc enim malignus spiritus te multis im  
peller astutijs.

**¶ TER TIODECIMO.** Hæ tres imagines siue impu  
gnationes, p̄figuratę sunt Iudicū. vij. cū Gedeon cū tres  
centis viris Madianitas tribus in locis adortus noctu  
est, cū tamen nihil aliud fecerit, q̄ q; tubis sonitum ædi,  
& lagenas illuminatas collidi mandauit, ita vt fugerent  
hostes, ac mutua semetipsos cæde trūcarēt. Iidem fugā  
ineunt mors, peccatū, & gehenna cū vniuersis viribus  
suis, siquādo solius Christi & sanctorū eius luminosiss  
mā in nobis imaginē versamus, idq; noctu. id est, in fi  
de, quæ nec videt, nec videre potest sinistras imagines,  
ad hoc cum diuini sermones ceu quædam buccinæ nos  
animāt atq; confortant. In hunc modū Esaias eandem  
figurā. ix. cap. iucunde admodū inducit aduersus eadē  
tres imagines, dicitq; de Christo. Iugum oneris eius, &  
virgā humeri eius, & sceptrū exactoris eius superasti sicut  
in die Madian, s. quos Gedeon deuicit. Ac si diceret,  
Peccatū populi tui (quod illi in sua cōsciētia iugum &  
onus graue est) & mortē (quę instar virgę seu discipli  
nę est, quæ humerū ipsius premar) & gehennā (quę ver

lut sce  
pro po  
dit in  
sine on  
in cruce  
triplex  
gines,  
do cor  
sima &  
lit, & t  
Ipse el  
met in  
bellau  
instar  
suā de  
hoc ip̄  
tuhisse  
**¶ Q**  
solū in  
nobis  
lation  
imagi  
tatus  
Imagi  
cedat  
Ac si d  
est, mo  
mini r  
tione  
illi, di  
nunc  
ræ de  
in ani  
quid,  
Iudei



lut sceptrum & tyrannis est exactoris, qua sempiternū  
pro peccatis debitum exigit ) superasti, quēadmodū acci-  
dit in dieb<sup>9</sup> Madian. id est, per fidem, per quam Gedeon  
sine omni gladio hostes fugauit. ¶ Qñ id fecit? Cum  
in cruce penderet. Tunc em̄ semetip̄m apparauit, vt esset  
triplex imago, nr̄e proponēda fidei, aduersus tres ima-  
gines, quib<sup>9</sup> nos diabolus & nostra natura impugnans  
do conant̄ a fide submouere. Idem Christus est viuacis-  
sima & immortalis imago, aduersus mortē, quā & ptu-  
lit, & tñ sua ex mortuis resurrectione superauit in vita sua  
Ipse est imago diuinæ gratiæ aduersus peccatū, quod sibi  
met imposuit ipse, & p̄ inuictissimā obedientiā suam de-  
bellauit. Ipse q̄q̄ est cœlestis imago, ipse inq̄, qui a deo  
instar dānati derelict<sup>9</sup>, postq̄ per omnipotētē charitatē  
suā deuicit infernū, ostēdit d̄ lectissimū se filium esse, &  
hoc ip̄m in possessionem pprii iuris nobis oībus con-  
tulisse, modo fides nostra nihil hæsitet.

¶ **Q VARTODECIMO.** Ex abūdanti, Christus non  
solū in semetipso peccatū, mortē, & gehennā deuicit, & eā  
nobis victoriā vt credam<sup>9</sup> p̄posuit, sed ad maiorē cōso-  
lationē, etiā ipsemet eas impugnationes q̄s in huiuscemōi  
imaginib<sup>9</sup> habemus, ptulit atq̄ superauit. Eque ipse ten-  
tatus est imaginibus mortis, peccati, gehēnæ, sicut nos  
Imago mortis p̄posita illi fuit, cum Iudei dicerēt, Des-  
cēdat nūc de cruce. Alios saluos fecit, seip̄m saluū faciat.  
Ac si dicerēt: Iamā mortē prauides, nihil vltra remedij  
est, mori te oportebit, Perinde atq̄ diabol<sup>9</sup> moriēti ho-  
mini mortis effigiē obuersari facit, & terrifica imagina-  
tione pauidā concutit naturā. Peccati imaginē obiecerunt  
illi, dicēdo: Alios saluos fecit. Si filius dei est, descendat  
nunc de cruce &c. tanq̄ dicerēt. Opera eius falsa, ac me-  
rae deceptiōes fuerūt. Nec est dei, sed diaboli fili<sup>9</sup>, cui &  
in anima & in corpore addictus est, Neq̄ vnq̄ boni alie-  
quid, sed om̄imodā iniquitatē operatus est. Sicut ergo  
Iudei has tres effigies Ch̄o adhibebāt inordinate & cō-

B ij



mixtim, ita & hō iisdē imaginibus vno tpe simul & con-  
fuse oppugnabit, vt parū absit, quin aberrer ac celeriter  
desperet. put dñs expugnationē Hierusalē deplorat, Lu-  
ce. xix. q̄ lit ab hostib⁹ cingēda vallo, ne qs exire queat,  
(hęc est mors) q̄ vndiq̄ irruētib⁹ angustijs exercēda sit,  
vt nusq̄ quiete cōsistēdi sit loc⁹ (hęc pctā sūt) Tertio, q̄  
ad terrā p̄sternēda sit, q̄q̄ lapis sup lapidē non sit relin-  
quēdus (hęc gehēna est & desperatio) ¶ Gehennę q̄q̄  
imaginē ei obiectabāt, q̄ dicebāt: Confidit in deo, Sine  
videam⁹, an liberet eū: dixit em̄, filius dei sum. veluti dis-  
cerēt, Gehēnā deputat⁹ est. vtpote a deo nequaq̄ p̄de-  
stinatus, sed magis ęternaliter reprobat⁹, nihil in hoc ca-  
su neq̄ fiducia, neq̄ spes proderit, frustra fiunt omnia.  
¶ Ergo sicut videm⁹ Christū ad oīa verba & terrificas  
imagies tacere, nihil cū ijs contēdere, sed p̄inde, ac si neq̄  
audiret neq̄ videret, nihil diluere respōdendo (Nam si  
respōdisset, occasionē illis dedisset grau⁹ & horribilius  
vociferādi exagitādiq̄) sed ad solā dilectissimi p̄ris sui  
voluntatem respectū habere absolutissimū, adeo vt sug-  
mortis, pcti, & gehēnā, sibi obiectoꝝ oblitus pro inimi-  
cis oret, proq̄ eorum morte, pctō, & gehenna. sic & nos  
finamus easdem imagines irruere & ruere prout volent  
aut poterūt, cogitemusq̄ tm̄ modo vt adhareamus diu-  
nā voluntati, quā est, vt in Christo figamur, & firmi  
me credam⁹, mortē, peccatū, & gehennā nostrā, in ipso,  
p̄pter nos victoriosissime debellata, nihil nobis nocere  
possit, vt sic imago Christi sola in nobis sit, atq̄ cum ip̄o  
conferamus tractemusq̄ disputationes.  
¶ **Q VINTODECIMO.** Iā iterū reuertimur ad vene-  
rāda sacramēta, eorūq̄ virtutes, vt doceam⁹, quēadmo-  
dū vtilia sint, & in vsū assumēda. Cui hęc gratia & tē-  
pūs collata sunt, vt cōfessus & absolutus, eucharistiā p̄-  
cipiat, & sacrā participet vnctionē, is magnā habet occa-  
sionē deū amādi, laudādi, eiq̄ gratias agendi, ac leuiter  
e vita migrandi, si tm̄ plena consolatione confidat & ac-

commo  
Siquid  
tuam  
mana it  
ipemet  
vultq̄  
esse, q̄  
catū, ip  
atq̄ de  
& vn  
cōmun  
portet  
id est, e  
admo  
argum  
nitend  
nem p̄  
rigere  
brofur  
Lucer  
mus fi  
tes qu  
hil, p̄  
tur, q̄  
& ei⁹  
pcti, &  
mū gr  
Christ  
pctm̄  
meā i  
tis me  
prom  
Qui  
innix  
dine &



commodet fidem sacramētis, prout superius dictū est.  
Siquidē in sacramētis ipsemet Christus deus tuus in rē  
tuam tractat, loquit, operatur per sacerdotem. Neq; hu  
mana ibi aut verba pferuntur, aut opera fiunt. Ibi deus  
ipemet oīa tibi insinuat, quæ iam de Christo sunt dicta,  
vultq; eadem sacramēta p veritatis signo & argumētō  
esse, q; Christi vita tuam mortē, ipsi<sup>9</sup> obediētia tuū pec  
catū, ipsius charitas tuam gehennā sibi met imposuerit  
atq; deuicerit. Adhæc per eadē sacramēta incorporaris  
& vnris sanctis oībus, & ita legitimā acquiris sanctorū  
cōmunionē, vt tecū in Christo iūdem ipsi moriant, pctā  
portēt, gehennā deuincāt. Exinde sequit, q; sacramēta,  
id est, exteriora dei verba p sacerdotem plata, magnā  
admodū cōsolationē afferūt, suntq; perinde atq; visibile  
argumētū intentionis diuinæ, cui firmissima fide sit in  
nitendū, ceu fido scipioni, quo Iacob patriarcha iordā  
nem ptrāsiuit. sunt etiā vt lucerna, ad quā sese quisq; dis  
rigere, & aduertere oculū diligentissime debeat, p tene  
brosum iter mortis, pcti, & gehennæ, put ppheta dicit,  
Lucerna pedib<sup>9</sup> meis verbū tuū. Et sc̄tus Perr<sup>9</sup>. Habes  
mus firmiorē ppheticū sermonē, cui bene facitis attēde  
tes quasi lucernę lucēti in loco caliginoso. Alioquin ni  
hil pderit in mortis angore signū illud, quo oēs saluan  
tur, quotquot salui fiūt, quod velut index quidā Ch̄m  
& ei<sup>9</sup> imaginē ostēdit, ita vt aduersus simulacra mortis,  
pcti, & gehennæ dicere q̄as, De<sup>9</sup> mihi pollicit<sup>9</sup>, & certiss  
mū gratiæ suæ ptulit signū in sacramēto, q; scilicet vita  
Christi meā mortē sua morte supauit, ipsius obediētia  
pctm̄ meū in sua passiōe deleuit, ipsius charitas gehennā  
meā in sua derelictione demolita est. Hoc signū, hæc salu  
tis meæ pmissio, mihi neq; mentiet, neq; imponet. De<sup>9</sup>  
promisit, deus neq; verbis neq; opibus mentiri potest.  
Quisquis hoc modo proloquit, sacramentis fidenter  
innixus, huius electio & pdestinatio in ipsius sollicitu  
dine & fatigatione seipsam est inuentura foeliciter.

B iij



**DECIMOSEXTO.** Iam ergo rei totius summa in hoc  
suum more versatur, ut quisque reuerenda sacramenta (in  
quibus mera dei verba, promissa, signa efficaciter subsi-  
stunt) magni reputet, in honore habeat, seque in eisdem fi-  
delissime committat. id est, ut neque in sacramentis, neque in  
rebus quarum indubitata signa sunt, haesitet. Nam si dubi-  
taret, actum esset de tota salute. Prout enim credimus, ita  
fiet nobis, sicut Christus dicit. Quid proderit, quod imagi-  
naris & credis aliorum mortem, peccatum, gehennam, in Christo  
esse superata, si non tuam quoque mortem, tuum peccatum, tuam ge-  
hennam similiter deuicta atque deleta esse, sicut liberatum  
te credis? Inane enim sacramentum esset, si non crederes in  
ibi ea omnia tibi ostendi, praestari, proferri. Porro, id terri-  
bilissimum est peccatum quod perpetrari queat, quo deus ipse  
in suo verbo, signo, opere ut mendax reputatur, ut pote  
qui aliquid dicat, designet, promittat, quod vel non cogitet  
vel nolit implere. Ob id cum sacramentis iocandum non est,  
Fides adsit necesse est, quae in his confidat, hilariterque sese dei  
signo & promissioni commendare audeat. Qualis ille sal-  
uator aut deus esset, qui saluare nos a morte, peccato, & ge-  
henna, non posset, aut nollet? Magnam profecto sit oportet,  
quod verus deus vel promittit, vel operatur. Sed tunc  
diabolus adueniens inspirat tibi Quid inquis, tunc erit  
cum indigne perceptis sacramentis tali me gratia per propriam  
indignitatem priuauit? Hic te crucis signaculo praemunere,  
& noli admittere, ut te dignitas vel indignitas tentando  
exagitet, hoc tantummodo labora, ut credas certa esse sig-  
na, vera dei verba, tunc es, & permanes vere dignus. Fides  
dignum efficit, haesitatio indignum. Quapropter malignus  
spiritus aliam tibi dignitatem & indignitatem praetexere nititur, ut  
te in ancipiti fluctuare faciat, sicut sacramenta & eorum vir-  
tutes in nihilum redigat, deumque in suis verbis mendacem redi-  
dat. Dignitati tuae deus nihil confert. Neque enim edificat super  
dignitate tua verbum & sacramentum suum, sed ex mera gra-  
tia te indignum aedificat super verbo & signo suo, cui tantummodo

firmite  
fert ac  
peccatum  
qui &  
soluit,  
mitto.  
ues &  
bes sac  
seu ap  
DE  
adipis  
dei sig  
valeat  
no aliq  
affecti  
fide pr  
mihi s  
signu  
setoru  
prece  
na deu  
uinun  
uersu  
re dub  
suo sig  
eius p  
tamen  
rabili  
cem. I  
es. Et  
tiores  
ipfos  
dem f  
prod  
fide?



firmiter insiste, & dic: Qui sua mihi signa & verba confert ac cōtulit, q̄ Ch̄ri vita, gratia, & beatitudo morte impetm̄, & gehennā meā, mihi innocua reddiderit, de⁹ est, qui & rite in rem meā oīa implebit. Si me sacerdos absoluit, fidēter me eidē absolutiōi p̄inde atq; dei verbo cōmitto. Et si dei sunt v̄ba, vera oīno fiēt, in hac fide & vi uēs & moriēs cōsistā. Eadē em̄ fidei firmitate p̄fidere debet sacerdot; absolutiōi, ac si de⁹ peculiariter tibi angelū seu ap̄lm̄ mitteret. imo ac si te p̄ semetip̄m Ch̄rs absolueret.

**DECIMOSEPTIMO.** En talē p̄rogatiuā (rer, adipiscit, qui sacramēta participat, scilicet, vt cōsequat̄ dei signū & p̄missū, in quo fidē suā exercere & p̄fortare valeat, q̄ sit in Ch̄ri imaginē & bona uocat⁹, Sine q̄ signo alij in sola fide laborāt, & eadē bona & sacramēta p̄ affectū cordis cōsequunt̄, qui & ip̄i saluabunt̄, si in eadē fide p̄manserint.

**S**icr̄ dicito sup̄ sacramēto altaris: Si mihi sacerdos tradidit sacrosctm̄ Christi corp⁹, quod ē signū & p̄missum cōmunionis oīm celestiuū spiritūū & sc̄torū, q̄ videlicet me diligant, p̄ me curā gerant ac deprecent̄, mecūq; patiant̄, moriant̄, pctā portent, & gehennā deuincāt, tū necessario ita erit. Nequaq; me fallat diuinum signū, quod mihi nō sinam auferri. Mallem vn̄uersum terrarū orbem, ac me ipsum abnegare, q̄ in hac re dubius esse. Sit mihi deus, & certus, & verax in hoc suo signo & p̄misso. Equidē, siue dignus, siue indignus eius participatu, mēbrū tñ Ch̄rianitatis sum. put dicatamen & rēp̄sentatio sacramēti hui⁹ p̄ se ferūt. Tolerabilius est, me indignū esse, q̄ deū existimari mendacem. Recede neq; spiritus, si quid aliud mihi suggestur⁹ es.

**I**am videre est, multos esse homīes, qui optant ceteriores fieri, aut signū de celo consequi, quo animo erga ipsos deus sit, scire etiā sui predestinationē. Quod quidem signū etiā si obtinerent, nec tamē crederent, qd̄ illis prodesset? Quid emolumentū afferrent om̄ia signa sine fide? Quid profuere Iudeis Christi & apostolorū sig-



na? Quid hodie profunt præstatiſſima ſacramentorum  
& verborū dei miracula? Cur nō homines innituntur  
ſacramentis, quæ indubitata & inſtituta ſigna per pro-  
bationē & experiētiā ab oībus ſanctis inuenta ſunt eſſe  
certiſſima, oībus illis, qui crediderūt, adeptiq; ſunt q̄  
quid rerum ſub ſignis continet. In hūc modū cognolcē  
da nobis ſacramenta ſunt, quid ſint, ad quid valeant, &  
quomō in vſum aſſumant, tum inueniē? nihil magni-  
ficenti? eſſe ſup terrā, quod meſta corda & peccatrices  
cōſcientias iucūdius conſolari queat, q̄ ſunt in ſacramē-  
tis dei verba, quæ ad hoc ſunt efficaciat, vt nobis Ch̄m  
cū theſauro totius boni, quod eſt ipſe, ſignificēt atq; p̄-  
mittāt, aduerſus mortē, pctm̄, & gehennā. Nihil iā iucū-  
dius eſt audire ac deſyderabili?, q̄ mortem, pctm̄ & ge-  
hennā aboleri poſſe, id q̄d fit in nobis p̄ Chriſtū, cū legi-  
time vtimur ſacramento. Talis aut vſus nihil eſt aliud,  
q̄ credere, ita eſſe, put ſacramēta per dei verbū pollicen-  
tur & aſſeuerant. Proinde neceſſarium eſt cuiq; nō ſo-  
lū tres illas in Ch̄o imagines intueri, atq; ijs aduerſari-  
as imagies expellere, atq; vt decidāt ſinere, verū etiā cer-  
tiſſimū ſignū poſſidere, quod nobis in ſecuritatē pduci-  
tis pſuadeat, ea nobis ſacramēta in hūc finē eſſe collata.  
¶ DECIMO OCTAVO. Quilibet Ch̄ianus in fine  
vitę ſuę haud dubie credere debet, ſolū ſe in morte neq; q̄  
derelinqui, imo certiſſim? eſſe, ſecūdū ſignificationē ſa-  
cramēti, plurimorū in ſe oculos cōuertit. Primo ipſi? dei  
& Chriſti, qm̄ ipſi? verbo credit, & eius ſacramēto adhe-  
ret. Deinde cœleſtiū ſpirituū, ſctōrūq; & oīm Ch̄ianorū  
Nullū em̄ dubium eſt, quin, quēadmodū ſacramētū ala-  
taris ſignificat, oēs iſti veluti vniuerſale corp? mēbris  
ſuis occurrāt, eiq; auxiliēt ad debellandā mortē, pctm̄,  
& gehennā, oīaq; cū ipſo pferenda. Ibi rū ſerio & potenter  
opus charitatis & cōmunionis ſctōrū pcedit, id quod  
Ch̄ian? hō apud ſe intellectualiter imaginari debet, in  
ibiq; nullā diffidētiā habere, vt exinde ad moriendum

fiat aut  
modat  
nificat  
cōſolat  
Porro  
ſuum d  
ſup te  
tuet, tu  
tura p  
ces ma  
tes ſuſ  
in Hel  
li time  
lis exe  
Dñs a  
nus ec  
pro ce  
in me  
tet an  
Itē pſ  
Mon  
cuitu  
xc. A  
vñs ſ  
lapid  
conc  
vniū  
ſpera  
eum  
& ob  
ange  
rñ ſp  
capi  
aſſec  
q̄ v



fiat audacior. Nam qui inibi hæsitat, is fidem nõ accom-  
modat eximio corporis Christi sacramẽto, in quo sig-  
nificat, promittit, asseuerat cõmunio, auxiliũ, charitas,  
cõsolatio, & assistentia oim sanctorũ in omni necessitate.  
Porro, cũ in signa & verba dei credis, tum oculum in te  
suum dirigit deus, prout ipse dicit, Psal. xxxi. Firmabo  
sup te oculos meos, s. ne pessum eas. Cũ aut te deus in-  
tuet, tunc ad exemplũ ei⁹, oēs angeli, oēs sancti, oēs crea-  
turæ pariter intuent, tibiq; in hac fide persistẽti adiutri-  
ces inan⁹ supponũt oēs, animãq; tuã emigrantẽ presen-  
tes suscipiũt. que tũ p̄ire nõ poterit, id qd̄ prefiguratum  
in Heliseo est. iij. Reg. vi. qui ad ministrũ suũ dixit. No-  
li timere, plures em̄ nobiscũ sunt, q̄ cũ illis: cũ tñ hosti-  
lis exercitus ipsos circũuallasset, nec quẽq; aliũ videret.  
Dñs aut aperuit oculos pueri, & vidit, & ecce mons ple-  
nus equorũ & curruũ igneorũ in circuitu Helisei. Itidẽ  
pro certo fiet in circuitu cuiuslibet in deũ credẽtis. Tũc  
in mediũ procedãt hæ auctoritates. Psal. xxxiij. Immit-  
tet angel⁹ dñi in circuitu timentium eum, & eripiet eos.  
Itẽ psal. cxxiij. Qui p̄fidũt in dño sicut mōs Syon &c.  
Montes (qui sunt angeli) in circuitu eius, & dñs in cir-  
cuitu populi sui ex hoc nunc & vsq; in sæculũ. Itẽ psal.  
xc. Angelis suis mādauit de te, vt custodiãt te in oibus  
vijs suis. In manib⁹ suis portabũt te, ne forte offendas ad  
lapidẽ pedẽ tuũ. Sup aspidẽ & basiliscũ ambulabis, &  
conculcabis leonem & draconem (id est, omẽ robur &  
vniuersã fraudes diaboli nihil in te agent) Qm̄ in me  
sperauit liberabo eũ. Cũ ip̄o sum in tribulatione, eripiã  
eum & glorificabo eũ. Longitudine dierũ replebo eum  
& ostendam illi salutare meũ. Similiter ap̄tus loquit de  
angelis qui innumerabiles sunt. Oēs sunt administrato-  
rũ spiritus in ministeriũ missi p̄pter eos, qui hæreditatẽ  
capiũt salutis. ¶ Magna sunt hæc oĩa, quis fide poterit  
assequi: Ideo sciendũ est, dei esse opa, quæ maiora sunt,  
q̄ vt ea quisq; cogitatione valeat metiri, quæ tamen



in tam exiguo sacramentorum signo operatur, ut nos  
instruat, quod magna sit virtus, recta in deum fides.  
¶ DECIMONONO. Nunc tamen quisquam presumat talia ac-  
tata e suis exercere viribus, sed deum oret humiliter, ut eiusce  
modi fidem & suorum venerabilium sacramentorum intelligenti-  
am in nobis, preceat atque conseruet, ut sic timore & humilitate  
preceati accedamus, nobisque tale opus minime ascribamus,  
sed deo suum honorem premitamur. Adhuc inuocare  
quisque debet omnes sanctos angelos, preceat suum peculiarem  
angelum, dei quoque matrem, apostolos, & dei electos, singulariter  
eos ad quos per dei donum speciali ducitur affectio.  
Porro, sic oret, ut se exauditum iri non ambigat. Ad quod  
duae sunt ei causae. Vna, quod modo audiuit ex autoritate  
scripturarum, quemadmodum illum deus commendare curauerit,  
& quomodo confortat. ut diligat, & auxiliium preestet omnibus qui  
fide accommodant. Quae quidem proponi & reuolui morientibus  
debeant, non quod ignoret vel alias non faceret, sed ut fides  
ac fiducia ad illa, atque per illa ad deum fortior & hilarior  
ad obuiandum morti reddat. Altera, quod mandatum a deo  
sit, ut orantes firmiter credamus, omnia quae petimus prestanda  
esse, quodque veracissimum futurum sit Amen. Quod quidem pre-  
ceptum, deo quodque ingerendum est, atque dicendum: Deus meus, tu  
precepisti ut orem, & ut orantes exaudieris esse credamus  
super hoc rogo & confido, me abs te non esse derelinquendum,  
& legitima fide donandum. ¶ Tota profecto vita, propter ex-  
tremam horam deus & sancti eius orandi essent, pro consequenda  
recta fide, prout pulchre in die penthecostes cantatur: Libet  
nunc sacrum pneuma petere. Pro sincera fide quam maxime.  
Cum nobis est relinquendum. Hoc miserum exilium &c. Caeterum  
postquam mortis hora aduenerit, debet quisque deum commone-  
facere eiuscemodi preceationis praeter mandatum & premissionem  
nisi ipsius firmiter credendo exauditum esse. Cum enim ipse  
iusserit & orare, & iter orandum confidere, ad hoc etiam ora-  
di contulerit gratiam, cur quisquam dubitaret, haec omnia ideo  
ipsum fecisse, ut & orata audiret, & audita compleret.

¶ VICE  
oporteat  
timeas,  
vitae, gra-  
tis, pecti,  
tuum pecti  
eacq oia  
pmittit i  
super fil  
q inno  
certu pr  
dubio h  
iugit, vt  
assuman  
securus  
bere? Id  
cta, ma  
quid im  
tiuam, op  
nitum f  
Magna  
Ob id p  
mo cor  
tem, pe  
fam ex  
expaue  
hat am  
tem ip  
nabo o  
dignetur



**CVICESIMO.** Vide nunc, quid ultra facere deū tuū oporteat, vt mortem ipsam volūtariē assumas, nequaquā timeas, & vincas. Representat & cōfert tibi in Christo vitæ, gratiæ, & salutis imagines, ne ad phātasmatā mortis, peccati, & gehēnæ terrore tremiscas. Insup tuā mortē, tuū peccatū, tuam gehennā imponit dilectissimo filio suo, eaq; oīa in rem tuā deuincit, & reddit innoxia. Ad hoc pmittit impugnationē mortis, peccati, & gehennæ tuæ super filium suū transire, teq; his ferēdis exonerat, eadēq; innocua, & portatu facilia reddit. Horum omniū tibi certū prestat signū, veneranda scilicet sacramēta, ne vllō dubio hæsites. Angelis, cœlitib⁹, & creaturis oībus iniūgit, vt secum te oculis obseruēt, aiām tuā expectent & assumant. Mādat vt talia ab ipso petas, & de exauditiōe securus existas. Quid amplius potuit, aut debuit exhibere: Ideo animaduertis eū veracē esse deū, & tecum relictā, magna, diuina opera patrare. Cur nō tibi magni aliquid imponeret (vti mors est) cū tam ingentē progatiuā, opem, & cōfortationē adiūgat, vt experimēto cognitum fiat, quid ipsius possit gratia? put scribit psal. cx. Magna opera domini exquisita in oēs voluntates eius. Ob id prouidendū est, vt ingentes quisq; gratias letissimo corde agat volūtati dei, qui nobiscū aduersus mortem, peccatū, & gehennā, tam mirā, opulentā, & immensam exercet gratiā & misericordiā, vtq; nō ita multum expauescat ad mortē, solamq; ipsius gratiā, laudib⁹ euehat ametq;. Amor siquidē & laus plurimū releuāt mortem ipsam, prout ipse per Esaiā dicit. Laude mea infrānabo os tuum ne intereas. Quod nobis deus prestare dignetur. **A M E N.**

Lipsiæ, ex officina Melchioris Lottheri.  
Anno salutis. M. D. XX.


















*Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.*

*Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.*


947  
page 15

















dem frummen  
darumß darff  
ndelt/ vor gott  
en/ so geweret  
unden/ zu ges  
mus ego sum.  
Christus ist.  
le sprechende/  
wie du wider  
lin/ vñ wens  
pfflich wort/  
der. Christus  
hustus ist ku  
bezalec. als  
/ wie Paul?  
mag dir der  
em freye zu  
7.



**Sermo Kar-**  
**tini Lucheri de praepa-**  
**ratione ad morien-**  
**dū e vernaculo**  
**in latinū**  
**versū**

Lipsiæ, ex officina M  
Anno salutis

